



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 24. Nova Secta in Syria, ac seditio Constantinopoli suscitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

atque
a dies
ntver
rentur
na eo
quam
cantur
conci
s Pro
gatum
e vel
pondit
satis
tis cu
Cæsar
as da
Prote
e cer
n ipso
gis ex
at in
Argen
entur
ne ob
is ur
beret
utatos
ompo
ci, &
ebant
a pro
fessio,

fessio, sicuti ceteris Germaniæ Ordini-
bus, ipsis concederetur, verum eorum
petitiones Cæsar generali responso elu-
sit, cum amplius de iis cum suo Senatu
deliberandi spatium sibi concedi po-
stularet.

§. XXIV.

*Nova secta in Syria, ac seditio Con-
stantinopoli suscitata.*

Hoc item anno Syria vehementibus
agitabatur motibus ob novam Ma-
hometanorum sectam, quæ Amurathem
Turcarum Imperatorem in magnas con-
jecerat angustias; jam enim hæc pe-
stis per universam Palæstinam usque
ad Ægyptum sese diffuderat: igitur in
hos rebelles Assan Janissarorum, seu
Prætorianæ cohortis Præfectus, una-
cum classe ad hanc expeditionem in-
structa movere jubebatur: interea vero
hi iidem Prætoriani tam Amurathi,
quam imperiali ipsius Metropoli exci-
dium, ruinamque minitabantur, nisi
Ibrahimum ipsius Sultani clientem, ac
Romanæ Præfectum eis consignaret:
porro hac petitione Sultanus novis ob-
ruebatur curis. Hic idem Ibrahimus ni-
mia, qua Imperatoris animo domina-
batur, auctoritate sibi omnium Mini-
strorum invidiam, odiumque accerse-
bat, unde hi in ejus excidium conspi-
rabant;

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.
*Thuan. l. 96.
Meyer. con-
tin. de l'hist.
de Turcs de
Chalc. t. 3.*

Sæcul. XVI.

A.C. 1589.

rabant, quippe præterquam, quod hic infelix iniqua fane dexteritate aliena bona sibi vendicare nossent, insuper momentam adulterandi, & decurtandi artem inveniebat, unde stipendia militum, aliorumque Ministrorum salaria plurimum imminuebantur: hac ergo occasione ejus adversarii opportune utentes in ipsum Prætorianos concitabant, quorum ad quinque millia facto agmine palatium regium circumstant, quarta nonas Aprilis Ibrahimum ad poenam deposcentes, petentesque, ut rei monetariæ vitium emendaretur. Ad subitum strepitum Sultanus excitatus, licet amplissimis promissis eos placare satageret, illos tamen adeo non continere poterat, ut etiam jamjam extrema moliri parati essent, quapropter Amurathes habito cum fidelioribus Ministris consilio sese flectere passus, invitatus licet, carissimum clientem suum eis tradidit, quem Prætoriani quanto citius spectante innumera populi frequentia capite truncarunt.

§. XXV.

Judæi vexati, eorumque cedes combustæ.

Thuan. l. 96. Vix sopita erat hæc Prætoriani militis seditio, cum illico non minus fatalis succederet eventus, ad quem ansam præ-